



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologiae Speculativæ Scholasticis Prælectionibus Et Exercitiis Accommodatæ Libri IV

Haunold, Christoph

Ingolstadii, 1678

Contr. IV. Vtrum Angeli possint inter se differre specie.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82733](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82733)

819. Altera probatio ejusdem Authoris est hæc: Angelus per Intellectionem cognoscit veritates necessarias ac indefectibiles, abstrahentes à loco & tempore, atque per amorem ad easdem afficitur: ergo natura Angelica est intrinsicè indefectibilis naturaliter. Est hoc argumentum e-riam S. Thomæ, secundo loco positum: de primo ejus argumento pronuntiat P. Esparza, se ejus efficaciam non assequi. Liceat mihi id ipsum dicere de præsentis. Et imprimis enervari potest ex principijs P. Esparza, qui docet, Veritates ob-jectivas æternas realiter non esse aliud, quàm ipsam æternitatem Dei; unde sic argumentari licet. Angelus non cognoscit naturaliter intuitivè æternitatem Dei, sed solum abstractivè, sicut ejusdem Immenstatem, Infinitatem &c. ergo eo- dem modo & non aliter cognoscit veritates æter- nas: ergo sicut ex cognitione naturali abstrac- ti-va Immenstatem, non arguitur Angelus esse na- turaliter Immensus: ita ex cognitione æternita- tis & æternarum veritatum, non licebit inferre, esse naturaliter æternum. Item sicut ex eo quod veritates æternæ sint essentialiter & indispen- sabiliter æternæ, non tantum à parte post, sed et- iam à parte antè, non licet inferre, Angelum esse indispensabiliter æternum à parte antè, ita nec inferri legitime poterit, esse æternum à par- te post.

820. Melius idem Author probat Conclu- sionem ex potestate Angelorum operandi honestè vel inhonestè. Nempe Angelis debetur ex natura rei potestas proxima ad actiones tum lethaliter peccaminosas, tum honestas & meritorias: atqui prioribus debetur ex natura rei pœna æterna, & posterioribus præmiu æternu; cum ergo non possit Angelus existere sine alterutra illarum o- perationum, repugnat etiam naturaliter, ut de- sinat aliquando esse, postquam semel existit. Fun- damentu hujus probationis declarabitur in tra- ctatu de merito.

821. Probatur denique sufficienter & clarè Conclusio argumento communi. Omnis res se- mel producta, tamdiu connaturaliter existit du- rare, quamdiu nullum ponitur illi contrarium, exigens directè vel indirectè destructionem il- lius: atqui Angelus nullum habet contrarium, exigens destructionem illius: ergo &c. Major probatur. Natura enim non intendit unquam per se & propter se malum, cujusmodi est delictio rei præexistens, sed semper agendo intendit al- liquod bonum, esto quandoque illud obtineri non possit, nisi simul aliquid destruat, propter impossibilitatem eorundem. Minor verò et- iam probatur. Nam Angelus non est compo- situs ex materia receptiva formarum contraria- rum, ut patet ex præcedente controversia: sed neque potest ab agente creato produci aliquod accidens, exigens destructionem Angeli: nam ad hujusmodi accidentis productionem præsup- poneretur ipse Angelus, utpote concurrere su- stentativè. Neque potest Angelus destrui ex re-

motione causæ conservativæ: conservatur enim à solo Deo, ubique præsentè, & nunquam defi- ciente. Denique non potest Angelus deficere, sicut quædam censetur deficere, dum incipit de- ficere finis ad quem univè ordinatur ut medium: Angelus enim est productus gratiâ sui: ergo non est excogitabile caput, ex quo Angelus natural- iter destrui posset.

822. Obijcies. 1. Deus nullâ morali ne- cessitate tenetur ad conservandum hoc Univer- sum, sed eadem facilitate & indifferentiâ in actu primo posset totum Universum destruere, quâ il- lud conservat: ergo quod Angeli non destruan- tur, provenit ex mero libero Dei decreto. 2. Di- stinguendo consequens: provenit ex libero Dei decreto conformi tamen exigentiæ naturali An- gelorum, concedo: ex decreto nullam suppo- nente hujusmodi existentiam, nego consequen- tiam. Aliter etiam distingui potest. Provenit ex libero decreto, prout libertas opponitur ne- cessitati, concedo: prout opponitur justitiæ pro- videntiali, attendenti exigentias rerum, nego consequentiam: Sicut ergo Deus dicitur liberè concurrere cum igne ad comburendum, quia pos- set suspendere concursum, sicut fecit cum igne Babylonico, & tamen concurrat ex justitiâ pro- videntiali, & secundum leges naturæ, ac exigen- tiam ignis, forèque miraculum, si non concu- reret, ita quoque liberè conservat Angelos: quâ paritate vltus est etiam Cyrillus lib. 8. thesauric. 2. *Quæ naturis, inquit, insunt, ea respectu Dei nihil sunt. quare sicut ignis combustivus quidem est, sed non Deo, sic etiam Angelus immortalis quidem est, sed non Deo.* Itaque non opponuntur inter se, sed bene coherent hæc duo: esse in actu primo indifferentem, nullaue necessitate teneri ad conservandos Angelos; & dari in Angelis exi- gentiam conservationis, quam Deus ut Author naturæ attendit absque vlla imperfectione, ut in superioribus dictum est.

823. Obijciuntur. 2. Quædam dicta Pa- trum, quibus asserunt, Angelos non Naturâ, sed Gratiâ esse Immortales. 2. Illos locutos esse contra asserentes, esse Immortales essentialiter, & hoc sensu usurpassè nomen *Naturæ*.

CONTROVERSIA IV.

Utrum Angeli possint inter se differre Specie.

824. Circa differentiam Angelorum inter se, quatuor quæri solent. 1. An sint possibi- les plures Angeli Specie diversi. 2. An suppo- sitâ possibilitate, defacto aliqui Angeli Specie differant. 3. An sint possibiles plures Angeli solo numero inter se diversi, & ejusdem speciei infimæ. 4. An positâ possibilitate diversitatis so- lum numericæ, defacto sint producti plures ejus- dem speciei. Non est autem intentionis aut in- stituti mei, instituire quæstionem philosophicam, de di-

de diversitate specifica rerum in genere, neque cupio alicui opinioni receptæ & probabili præiudicium asserere. Circa primum quæsitum Prima Sententia negat esse possibiles Angelos specie diversos. Ita Guilielmus Parisiensis, Albertus Magnus, & Card. Pallavicinus.

825. Dicendum tamen cum cæteris est, esse possibiles Angelos Specie diversos. Probat Conclusio, observando cum Card. de Lugo, quod, quando volumus explorare, utrum A. & B. differant specie, neque tamen volumus nos alligare ad aliquam Regulam Metaphysicam, paucis etiam doctissimis perspectam, & suis etiam Authoribus dubiam (cum tamen differentia specificæ ut plurimum etiam à rudibus & indoctis agnoscantur) debere nos A. & B. comparare cum duobus, de quibus apud omnes constat esse specie diversa, ob differentiam valde æstimabilem quam habent, fundatam in aliquo intrinseco prædicato. Quando ergo inter A. & B. evidenter est non minor differentia, quam inter illa cum quibus comparamus, dicuntur evidenter specie differre: si verò tantum probabiliter est tanta differentia, probabile erit specie differre; si dubia est, erit quoque dubium an differant specie, qualem dubitandi rationem sæpe habemus in materijs moralibus & practicis. Hoc supposito,

826. Probat Conclusio. Possunt duo Angeli inter se differre quoad vim & modum intelligendi tam æstimabili differentiâ, quanta est v. g. inter equum & leonem, quoad vim & modum operandi vitaliter operationes cuius proprias: ergo possunt differre specie. Consequentia tenet, quia nemo negat, equum & leonem differre specie. Antecedens probatur. Potest unus Angelus ex intrinseca ratione exigere species tum universaliores, tum Nobiliorum objectorum, tum motivi perfectioris, tum clariores, magisque discretivas, quam alter: & quia possunt species rerum crescere & decrescere quoad perfectionem in infinitum, ideo potest quocunque Angelo dato dari perfectior & imperfectior: atqui huiusmodi differentia est utique æstimabilior, quam differentia quæ est inter equum & leonem quoad hiinnibilitatem & rugibilitatem: ergo &c.

827. Nota, me non desumere differentiam specificam præcisè & vnicè à specierum universalitate, hoc est, potentium representare simul plura objecta, ut quidam R.R. faciunt. hinc enim sequeretur, tandem deveniri posse ad Angelum imperfectissimum omnium possibilem, cui scilicet deberetur solum species singularis, hoc est vnius objecti representativa.

828. Contrariam Sententiam fundat Card. Pallavicinus in principio philosophico, seu Regula à se concinnata de differentia specifica rerum. Ea enim vult solum specie differre, quæ differunt secundum prædicatum magis spectabile & præcipuum quod est in illis: quia prædicatum præcipuum est velut forma rei, cui cætera sub-

serviunt: forma autem & species sunt quasi Synonima. Vtremque prædicatum præcipuum quod est in Angelo, est, quod intelligat secundum se totum, per cognitionem innatam, & perfectam in primo suæ existentie instanti: atqui hoc prædicatum est omnibus Angelis possibilebus commune: ergo omnes specie conveniunt. Illud verò in quo differunt, nempe minore vel maiore simplicitate specierum ad cognoscenda plura vel pauciora, habet se solum ut plus & minus, adeoque est differentia merè materialis & numerica; quia plus & minus sunt prædicata transcendentia, & recipientia mensuram æstimabilitatis ab eo prædicato cui conveniunt tanquam à forma. Esse enim parvum in prædicato excellenti, est plus quam esse magnum in vulgari: ergo differre secundum plus & minus est differre numero, quia est differre in prædicato aliquo secundo, supponente aliud primum, à quo desumit suam excellentiam. Hæc ille.

829. Respondeo, negando fundamentum huius doctrinæ, & regulam differentie specificæ. Omnium hominum iudicio Canis differt specie ab Equo, & tamen eodem communi iudicio in utroque prædicatum præcipuum non est hiinnibilitas aut latrabilitas, sed animalitas, quæ est prædicatum genericum. Falsum ergo est, quod prædicatum differentiale sit prædicatum præcipuum. Scio, Card. Pallavicinum dicere, quod hiinnibilitas & latrabilitas sunt prædicata secunda, fundata in prædicato aliquo primo: sit ita. sed vnde nobis constare potest, quod sit prædicatum nobilius animalitate? deberet utique se per effectum nobiliorem sensationibus manifestare, qualis tamen nullus apparet. Neque obstat, quod differentia dicatur esse forma Generis, tanquam materiæ: forma autem sit pulchrior materiæ, quia est quasi species. Nam hæc nomina non se fundant universaliter in excessu perfectionis prædicati differentialis supra prædicatum genericum, sed in eo, quod prædicatum differentiale contrahat & determinet genus ad certam speciem in consideratione metaphysica, sicut forma contrahit & determinat materiam primam in consideratione physica.

830. Objic. 1. Differentiæ æqualiter & adæquatè dividentes aliquod genus, debent etiam esse æquales, hoc est, in eodem gradu lineæ prædicamentalis: atqui hoc non verificaretur, si possent esse Angeli specie distincti: ergo &c. Minor probatur. Nam genus *substantia Intellectualis*, dividitur in substantiam intellectualem corpoream & incorpoream: corporea autem est homo, nec potest dari substantia intellectualis corporea specie distincta ab homine: ergo si possent esse Angeli specie diversi, jam continerentur sub Genere, adeoque non sub specie infima: ergo substantia intellectualis incorporea non esset in eodem gradu, quo est substantia intellectualis corporea. Ad hoc argumentum non pauci responderent, non implicare substantiam intellectualem

Actuali corpoream specie distinctam ab homine. Sed abstrahendo ab hoc, nego maiorem objectionem; instantiam do duplicem. prima sit, si dividatur substantia corporea in intellectuales & non intellectuales. secunda: si dividatur Animal in rationale & irrationale: in utraque alterum divisionis membrum latius patet.

831. Obijc. 3. Possit cognoscere plus & minus, est solum differre secundum plus & minus; atqui Angeli solum differunt secundum posse cognoscere plus & minus: ergo solum differunt secundum plus & minus: ulterius differre solum secundum plus & minus non est differre specie, ut patet in magis & minus albo, in visione vel cognitione attingente plures vel pauciores homines: ergo. 82. Negando minorem: vel distinguendo. differunt secundum posse cognoscere plus & minus per diversum motivum formale, concedo, aliter nego minorem: item differunt Angeli, quod unus exigit posse eadem specie cognoscere plures rerum species, & etiam nobiliores quam possit alter, & possit etiam à pluribus discernere illa objecta quæ non comprehendit &c. hoc autem non est præcisè excedere secundum plus & minus, prout album ut duo exceditur ab albo ut quatuor, ut patet: quia id per quod excedit, non est ejusdem astimationis cum eo, cui superadditur excessus. & hæc de primo quæsitio. Circa secundum non superest lis scholastica: conveniunt enim DD. dari diversas species Angelorum: quæ autem circa Hierarchias & Choros dubitari possent, apud Scripturæ Interpretes videri possunt.

CONTROVERSIA V.

Utrum Angeli possint intra eandem speciem multiplicari.

832. Negant communis Thomistæ, tribuentes eam S. Thomæ, quos ex nostris secutus est Granadus. Dicendum tamen est, possibile esse duos Angelos solo numero differentes. Adverte, ad hanc conclusionem sufficere, si potuisset Deus loco Michaelis producere alium ejusdem speciei, etiam si nec simul nec successivè illos posset producere: sicut etiam si repugnent duæ durationes ejusdem subjecti & ejusdem classis simul aut successivè existere, non propterea repugnat esse plures ejusdem rationis possibiles, quia una potuisset loco alterius produci. Sententia est communis, cui ex Thomistis adhaerunt Ferrariensis, Capreolus, Bannez, Zumel, Ripà, & alij.

833. Quod attinet ad S. Thomam, is subobscure locutus est hoc articulo. 4. in C. ubi videtur asserere, impossibile esse differentiam merè individualem Angelorum. Verum ipsi Thomistæ volunt esse intelligendum de potentia ordinaria, quia non caret probabili fundamento, connaturalius esse, si omnes Angeli differant specie, quam si aliqui solo numero. Colligitur

autem hæc interpretatio ex toto discursu D. Thomæ: dicit enim, perinde esse impossibile, dari duos Angelos ejusdem speciei, sicut impossibile est, dari plures albedines separatas: atqui hoc non est impossibile de potentia absoluta. Deinde D. Thomas disertè contrarium tenet, opusc. 16. §. vult. ubi in solutione primæ objectionis Averrois, ad finem ait: *Valde ruditer argumentantur, ad ostendendum, quod Deus facere non posset, quod sint multi Intellectus ejusdem speciei, credentes hoc implicare contradictionem: & ibidem ait, quod licet substantiæ separata non habeant in sua natura causam distinctionis, nec naturalem cursum multiplicationis, possint tamen fortiri multiplicationem ex supernaturali causa, nec esset implicatio contradictionis.*

834. Quamvis ad hanc conclusionem astruendam plerisque sufficiat solvere argumenta contraria, eò quod potentia divina nihil denegandum sit, cujus non possit reddi ratio implicantiæ; & nostro concipiendi modo non ideo (inquit S. Thomas) res non implicat, quia Deus potest facere, sed ideo Deus potest facere, quia non implicat, nihilominus argumenta positiva faciunt, ut ad solutiones objectionum recipiendas facilius inducamur.

835. P. Martinus Esparza conclusionem sic probat. Si quid obstatet multiplicationi numerica Angelorum intra eandem speciem, obstatet eorum perfectio, quæ illis convenit ex genere suo; sed hæc non obstat: nam Angelus quantumvis perfectus, plus distat à perfectione Dei, quam ab imperfectione materiæ corporeæ: nam à Deo distat infinitè, à materia tantum finitè: ergo potius cogitandum est, esse multiplicabiles numero sicut materia, quam immultiplicabiles sicut Deus. Verum hoc argumentum utcumque solveretur dicendo, quod sicut non obstante minore Angelorum distantia à materia quam à Deo, nihilominus Angelus ex essentia sua habet & participat perfectionem indivisibilitatis in partes integrales, quam materia non habet, ita etiam eadem minore distantia non obstante, participet perfectionem immultiplicabilitatis, & adhuc distare à Deo infinitè, quia sunt infinitè multiplicabiles in specie.

836. Probo ergo Conclusionem impugnando directè fundamentum adversariorum, desumptum ex participabilitate divinarum perfectionum, unde concludunt, quod cum Angeli, utpote perpetui & immortales, non egent virtute propagativa suæ speciei, sicut sublunaria, ideo potius debuerint participare perfectionem divinæ immultiplicabilitatis: ad quod postea respondimus, nunc autem

837. Argumentor hoc modo. Eò usque solum possunt creaturæ assimilari primo Enti, quovsque talis assimilatio est gloriosa primo Enti: sed assimilatio excludens multiplicabilitatem intra speciem, non est gloriosa primo Enti, quin potius multiplicabilitas est illi gloriosa: ergo

Q3

Angeli